bus et oportunis omnique adhibita diligencia circa collapsos, ut resurgant, promissa ac pertinacibus comminata pena, a plerisque eciam et novissime a dilectis nobis in Christo preposito et canonicis ecclesie regularis Erfordensis ordinis sancti Augustini canonicorum regularium dicte Maguntine diocesis de observancia regulari, a qua declinaverant, iuxta traditam sibi regulam seu regularia instituta amplectenda manualiter fide data, etsi firmam gerimus spem laboris nostri non frustrari effectu, quia tamen restantis adhuc laboris nostri magnitudine retracti datis principiis reformacionis in plerisque incepti operis consummacionem nequimus personaliter prestolari, circumspectionibus vestris, de quarum sinceritate et industria precipuoque religionis zelo gerimus in domino fiduciam specialem quo ad ulteriorem prosecucionem incepti reformacionis negocii circa ecclesiam prepositumque et canonicos prefatos, auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa tenore presencium committimus vices nostras vobis in virtute sancte obediencie districtius iniungentes, quatenus ecclesiam regularem prefatam quantocius accedentes illam auctoritate prefata in capite et in membris diligenter visitetis et, que inibi a regula sancti Augustini et ordinis illius statutis devia inveneritis, necnon eciam crimina et excessus digne corrigatis et emendetis ipsosque prepositum et canonicos ad regularis vite observanciam et disciplinam, veluti sposponderunt, effectualiter amplectendam et fideliter continuandam per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellatis, invocato eciam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Nos insuper vobis illos ex prefatis preposito et canonicis, qui se reformacioni huiusmodi submittere pertinaciter recusaverint aut alias incorrigibiles extiterint iuxta regulam sancti Augustini et statuta ordinis eiusdem, a prefata ecclesia sive monasterio perpetuo expellendi aliosque loco eorum ad observanciam huiusmodi voluntarios iam professos seu de novo profitendos loco eorum suscipiendi et reponendi, submittentes vero se reformacioni huiusmodi, ut prefertur, si id humiliter pecierint, a labe symonie aliisque criminibus et excessibus, eciam in casibus apostolice sedi reservatis, necnon ab omnibus excommunicacionum, suspensionum et interdicti sentenciis ac censuris a iure vel ab homine generaliter vel specialiter latis, sine tamen alieni iuris preiudicio, et digna satisfactione lesorum previa in forma ecclesie consueta absolvendi, iniunctis tamen eis pro modo culpe penitencia salutari et aliis, que fuerint iniungenda, omniaque alia et singula faciendi, statuendi, ordinandi et disponendi, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu oportuna, plenam et liberam dicta auctoritate concedimus tenore presencium facultatem.

Volumus autem, quod de agendis per vos seu eciam prepositum et canonicos prefatos in premissis nos quantocius vestris reddatis litteris cerciores.

---

[1]) *Johannes Busch, der berichterstattende Chronist.*

[2]) *Laut* Nr. 1487 *Z. 18f. betraf die Reform auch die (nach der Regel des heiligen Augustinus lebenden) Serviten außerhalb der Stadt.*

1451 Juni 5, Erfurt. **Nr. 1353**

NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Markus-Kapelle zu Nůssiße sub Rubeo Monte[1]) *vor der Stadt Erfurt.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Or., Perg. (Hanfschnur; S abgeschnitten): ERFURT, *Stadtarchiv, O — O/C Neuses 4. Auf der Plika:* H. Pomert*; unter der Plika:* Visa. T. L.

Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965).

---

[1]) *Neuses; Wüstung bei Erfurt.*

1451 Juni 5, St. Johann in Haug vor Würzburg in der St. Kilians-Kapelle. **Nr. 1354**

Notarielle Aufnahme einer Erklärung des Dekans Eckarius de Miltz *und anderer Vertreter des Kapitels von Haug über die Annahme und künftige Verwirklichung der von NvK ⟨in seinem Reformdekret Nr. 4* Cum ex iniuncto⟩ *getroffenen Anordnungen gegen die Aufnötigung finanzieller Verpflichtungen bei der Pfründenverleihung.*[1])

Kop. (15. Jh.): ROM, *Bibl. Vat., Pal. lat. 362 f. 90^{r}.*
Erw.: Haubst, Studien 20.

Ihnen sei bekanntgegeben worden, daß NvK allen Klöstern und Säkularkirchen sowie allen anderen in der Diözese Würzburg, die Pfarrzehnte oder andere Kircheneinkünfte sowie Benefizienkollatur und -präsentation besitzen, unter Androhung schwerster Strafen verboten habe usw., wie in seinem entsprechenden Erlaß des weiteren enthalten sei. Sie sehen dieses Verbot als racioni consonam *an und wünschen, soweit es an ihnen liegt, daß keiner den dort angedrohten Strafen entgeht.* Omnia et singula iuramenta a quibuscumque personis ecclesiasticis, cuiuscumque status, gradus aut condicionis existerent, beneficia ecclesiastica curata vel non curata de collacione seu presentacione ipsorum dominorum decani et capituli habentibus et possidentibus, quibuscumque nominibus censeantur, ab ipsis quoquomodo extorta iuxta mandatum dicti domini cardinalis et legati relaxarunt ipsosque beneficiatos ab omnibus et singulis iuramentis per ipsos in collacione beneficiorum ipsis factis seu alias quomodolibet prestitis absolverunt et absolventes publice alta et intelligibili ⟨voce⟩ amplius nequaquam aliqua iuramenta a personis quibuscumque ab ipsis in futurum beneficiandis seu presentandis recipere velle capitulariter dixerunt, pronunciarunt et promiserunt. *Sie haben darüber ein oder mehrere öffentliche Instrumente erbeten. Zeugen:* Heinricus Lutz *und* Iohannes Hotterman, *Vikare in Haug. Notar:* Bertholdus Thüner de Eysenach, *Kleriker der Mainzer Diözese.*

---

10 absolventes: absolutos.

---

[1]) *Vorauf geht f. 89^{v} eine Kopie des von NvK in Würzburg verkündeten Dekrets; s.o.* Nr. 1314. *Ihr folgt am unteren Seitenrand ein Vorverweis auf* Nr. 1354 *(*Eodem anno quo supra die vero sabbati quinti mensis Iunii *usw.) mit der kurzen Inhaltsangabe, daß Dekan* Eckarius de Miltz *und das Kapitel von Haug den Befehl des Legaten angenommen und sich ihm* sub penis premissis observandis *unterworfen haben.* Sed anno domini m°cccc° lxprimo indiccione ix die iovis xvii decembris pontificatus domini Pii pape secundi anno eius quarto [dominus] Heinricus Furrer in decretis licenciatus decanus et totum capitulum in Hawgis huiusmodi iuramentum extorserunt [a . . ., qui] fuit presentatus ad eandem parrochialem ecclesiam *(von der vorletzten Zeile ist das erste Wort, von der letzten sind etwa zehn Wörter weggeschnitten). Die Kopie des entsprechenden notariellen Instruments über diese Eidleistung von 1461 XII 17 folgt f. 90^{r} nach der Abschrift von* Nr. 1354. *Es handelt sich um den vom Scholaster und Kanoniker in Haug* Iohannes Schymelpfennig *als Pleban in Schonungen bei Schweinfurt präsentierten* Heinricus Ryneck, *von dem der genannte Dekan im Namen des Kapitels den Eid entgegennahm,* quod nullo unquam tempore in futurum quidquam de decima maiori dicte parrochialis ecclesie petere neque exigere velit, sed contentus esse in porcione sibi per dictos decanum et capitulum assignata ipsamque decimam maiorem ipsis domino decano et capitulo in Haugis penitus et omnino cedere et dimittere debeat. — *Ebendort f. 90^{v} folgt die an einen nicht namentlich genannten Papst gerichtete Supplik des* Theodericus Arnoldi, *Rektors der Pfarrkirche in Freudenbach, Diözese Würzburg, Maßnahmen gegen die Mißachtung des durch NvK erlassenen Dekrets gegen die Aufnötigung von Pfründenverpflichtungen zu treffen: Von NvK sei als* per Alamaniam apostolice sedis legatus *seinerzeit allen Kollatoren kirchlicher Benefizien in der Diözese Würzburg der Befehl zugegangen und durch Dekan und Kapitel von St. Johann in Haug vor Würzburg, Kollatoren der Pfarrkirche*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.